333.

Dr. Josef Mařan:

TŘI NOVÉ FORMY DRUHU *TYPHLOTRECHUS BILIMEKI* STURM.
DE NOVIS SPECIEI *TYPHLOTRECHUS BILIMEKI* STURM. FORMIS.

Coleoptera. Carabidae.

Typhlotrechus bilimeki STURM. jest kavernikolním druhem se značným areálem rozšíření po velké části Kraňska, Přímoří, Istrie, po oblasti Liky a přilehlé časti Dalmácie. Avšak v oblasti svého rozšíření jsou jednotlivé populace tohoto druhu omezeny jen na výskyt v určitých jeskyních a jeskynních soustavách, kde náleží k mladším složkám troglobiontní fauny. Nástinem vývoje jednotlivých geografických ras *Typhlotrechus bilimeki* STURM. zabýval jsem se podrobněji ve své práci „Význam geografické variability hmyzích druhů pro řešení otázek zoogeografických a vývojových". Za tím účelem podnikl jsem revisi bohatých materiálů tohoto druhu chovaných ve sbírkách Národního musea v Praze, při čemž jsem zjistil i tři význačné, dosud nepopsané formy, jejichž předběžné popisy uvádím v této práci v latinském textu. Podrobnou studii o všech formách druhu *Typhlotrechus bilimeki* založenou na biometrických methodách podám v připravované monografii rodu *Typhlotrechus* J. MÜLL.

Typhlotrechus bilimeki jurečeki m. nov.

Rassa nova ex antro ad Jasenak in parte septentr. montis Capella in Croatia. Long. 6,7—8 mm. Caput sat latum, pronoto distincte angustius, temporibus modice convexis, retrorsum attenuatis, vertice modice convexo, impressione striiformi a prima seta supraorbitali ad striam frontalem utrinque modice indicata, rarius indistincta. Pronotum longitudine latius, ante medium modice dilatatum, antrorsum rotundatim, basin versus fortiter plerumque fere recte attenuatum, rarius lateribus ante angulos posticos levissime sinuatis, angulis posticis rectis, haud productis, margine laterali subangusto, lateribus leviter elevatis, seta marginali a margine parum remota. Elytra modice elongata, lateribus rotundata, fere in medio latissima, ad basin attenuata, sed in humeris sat lata, his leviter subangulatim indicatis, supra sat convexa, in stria tertia utrinque puncto secundo discoidali plerumque longe pone medium posito. Penis sat curvatus, parte anteapicali omnino longa, apice ipso modice recurvato. Styli in apice cum setis 2—5, plerumque autem trisetosi.

Haec rassa nova ssp. *hacqueti* STURM. haud dissimilis, differt ab eo pronoto longiore, antice minus dilatato cum lateribus antice modice

rotundatis, basin versus fortius attenuato, lateribus ante angulos posticos haud sive vix sinuatis, elytris in humeris latioribus, lateribus minus rotundatis, magis convexis. A ssp. *bilimeki* STURM. discrepat rassa *jurečeki* m. pronoto basin versus fortius attenuato, angulis posticis haud prominulis, elytris paulo brevioribus, basin versus fortius angustatis penique in parte apicali magis recurvato. A ssp. *croaticus* HAMPE, cui morphologice et geographice proximus, pronoto longiore, antice minus dilatato, ante angulos posticos haud vel vix sinuato, in basi angustiore, humeris elytrorum magis angulatim indicatis, nec non forma penis distinctus. A ssp. *likanensis* RTTR. capite latiore cum temporibus convexioribus, pronoto ante angulos posticos haud sive vix sinuato, elytris convexioribus, cum humeris magis indicatis, longitudine maiore etc. divergens. A ceteris rassis iam characteribus supra commemoratis bene distinctus.

In honorem domino clarissimo, beato MUDr. ŠTĚPÁN JUREČEK denominatus.

Loc. class.: Antrum ad Jasenak, in parte sept. montis Capella in Croatia. Materialia examinata: 19 exemp. Dr. ŠTĚPÁN JUREČEK lgt. Typus ♂ in coll. Musei nat. Pragae conservatur.

Typhlotrechus bilimeki fassati m. nov.

Rassa ex antro Zelená Pečina ad Bunič in Croatia, systematice cum ssp. *kiesenwetteri* SCHAUM. proxime affinis. Long. 6,8—7,2 mm. Caput omnino angustum, temporibus parum convexis, impressione striiformi a prima seta supraorbitali ad striam frontalem defficiente sive solum modo levissime indicata. Pronotum longitudine latius, in lateribus modice rotundatum, ad basin parum angustatum, basi lata, margine laterali angusto, postice in lateribus paululum incrassato, quo modo hic parum quasi excisum videtur, angulis posticis subrotundatis. Elytra brevia, sat lata, fortiter convexa, in lateribus fortiter rotundata, basin versus distincte attenuata, striis lateralibus parum distinctis, leviter punctatis. Penis similiter ut in ssp. kiesenwetteri SCHAUM. formatus, in parte apicali minus curvatus, in apice ipso sursum recurvatus. Styli trisetosi.

Haec rassa geographica nova morphologice ssp. *kiesenwetteri* SCHAUM. proxime affinis est, differt ab eo pronoto basin versus minus attenuato, in basi igitur latiore, nec non forma penis ut iam supra commemoravi. A ssp. *prochàzkai* OBENB. iisdem signis in pronoto, elytris latioribus, in lateribus fortius rotundatis, ad basin recte sive rotundatim attenuatis (in *prochàzkai* sunt elytra basin versus in linia fere concava attenuata) a ceteris rassis huius speciei iam forma pronoti facile dignoscendus.

In honorem amico carissimo MILOŠ FASSATI denominatus. Loc. class. antrum Zelená Pečina ad Bunič in Croatia. In eodem antro *Parapropus sericeus minutus* ABS. et MAŘ. incolit.

Materialia examinata: 4 exemp. in coll. Dr. ANT. FLEISCHER. Typus ♂ in coll. Mus. nat. Pragae conservatur.

Typhlotrechus bilimeki bilimeki var. radohanus m. nov.

In excursione mea entomologica mense augusto 1922 duo specimina (♂ et ♀) *Typhlotrechus bilimeki* STURM. in Carniolia ante aditum in antro prope Radoha in parte occidentali montis Peščenik sub lapide inveni.

Quae specimina ab illis rassae *bilimeki bilimeki* STURM., quae in partibus inferioribus eiusdem antri sepius legi, in forma pronoti, positione puncti setigeri in stria tertia elytrorum aliisque subtilioribus signis nec non forma penis valde differunt, quamobrem formam hanc interim uti var. *radohanus* m. designo et descriptione sequenti illustro.

Caput omnino latum temporibus convexis, retrorsum rotundatis, antrorsum paulo subplanatim angustatis, impressione striiformi a prima seta supraorbitali ad striam frontalem indistincta. Pronotum omnino breve, longitudine distincte latius, lateribus rotundatum, ad angulos posticos sat angustatum, ante angulos posticos haud sinuatum, angulis posticis rectis (♀) sive paulo subrotundatis (♂), haud acutis et haud prominulis. Margine laterali sat lato, lateribus reflexis, seta marginali ab angulis anticis magis remota quam in speciminibus normalibus rassae *bilimeki* STURM. Elytra ut in rassa *bilimeki* STURM. formata, solum modo parum fortius elongata, supra minus convexa, humeris sat latis, quasi angulatim indicatis, puncto setigero secundo utrinque in stria tertia in medio posito. Penis (parum immaturus) in parte anteapicali fortiter dilatatus, in apice paulo sursum recurvatus, in basi minus quam in speciminibus normalibus rassae *bilimeki* STURM. arcuatus, stylis quinquesetosis. A rassa *bilimeki* STURM. differt haec varietas nova manifestissime iam pronoto breviore, ante angulos posticos haud sinuato, angulis posticis haud prominulis nec non signis iam supra commemoratis. Habitu totali est haec varietas potius rassae *hauckei* GANGLB. similis, differt autem a speciminibus huius rassae (cum speciminibus ex antro ad Falkenhayen comparata) pronoto magis adeo breviore, peni ante apicem multo latiore in apice fortius sursum recurvato. A ssp. *croaticus* HAMPE (ex antris ad Osajl in Croatia) pronoto ante angulos posticos haud sinuato, angulis posticis haud acutis formaque penis discrepat. Iisdem signis etiam a rassa *robustus* MOTSCH. (ex antro ad Trbovlje = Treffen) divergens.

Loc. class. Carniolia mer., montes Gorjanci (Uskoken) ante aditum in antro ad Radoha in parte occidentali montis Peščenik (Circiter 1,5 km a Radoha ad occidentem) ♂ et ♀ sub lapide inveni. In partibus inferioribus eiusdem antri incolit: *Typhlotrechus bilimeki bilimeki* STURM. (specimina cum illis ex antris ad Kočevje morphologice fere identica); *Paraapropus sericeus sericeus* SCHMIDT.; *Bathysciomorphus byssinus* forma prope rassae *uskokensis* J. MÜLL. et *Bathyscia montana* SCHMIDT.